

HIVCA seu MIZMAITL.



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

HIVCA seu MIZMAITL.

Planta hæc haud parua, vt in margine folij
ipſius imaginis notatum eſt. Oritur in
territorijs Ocoperl Yuca, vocata Miz-
mail. Calida, ſicca, aromatica eſt cortice
præſertim & fructu: curat vlcera. Folium
palmaris menſuræ. Vt verò ex icone ipſa
depræhenditur, cauſis nitidus ad colorem
tendit caſtaneum: folium ſeptifariam
partitum habet: Vua ex albo ad flauum
tendit; admodum ſimilis eſt maiori Ser-
pentariæ, ſi bacca eſſent rubræ. Vide Mo-
nard. cap. 53. qui vocat Cazau, & alios
omnes noui Orbis Hiſtoricos, præcipue
Quiedum. Nullus tamen eorum quid-
quam de fructu ſcripſit.

HOATZIN QVAXVITL.

Ingeniculis internodiâ ſibi inferuntur, ibiq;
bini vel terni rami enaſcuntur.

HOITZITZIT TENTLI.

Caulis rubet; bacca in ſummo nigræ. Fo-
lia vt Salicis incifa & bina.

-VII- E II

HOATZIN QVAXVITL.



HOITZITZIT TENTLI.



HOIT-

HOITZILZILTENXOCHITL.



HVAPAHVIZPATLI ALTERA.



HVAPAHVIZPATLI.



NOTATIONES.

HOITZILZILTENXOCHITL.

Ranunculi quædâ ſpecies videtur. Fo-
lium magnum, flauis venis com-
poſitum. Flos luteus, ſtaminibus
rubris.

HVAPAHVIZPATLI.

Caulis coloris caſtanei, ab imo vſque
foliatus: folia Ocimo ſimilia.

HVAPAHVIZPATLI ALTERA.

Caules omnino foliati. Flores lutei,
videntur quæ hiare inſtar leguminis
alicuius.

HVA-

HVAPA QVILTIC

HVAZIVM



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

HVAPA QVILTIC

ITZCCVN PATLI.

Caulis hirsutus ex nigro ruber, foliū fere Sonchi. Flos albus integer inferius, superius diuisus in sex partes: calicis radij longitudine sua florem longè superant.

HVAZIVM

Radix Ochrae luteæ colore: ramuli Galega similes. Folia ad Ciceris nostri folia accedere potius videtur.

ITZCCVN PATLI.

Radix crassa, caules videntur scandere. Foliū quoduis duabus incisionibus, fere vt in Gossypio diuisum; vnde inter Clematides fortè numerari poterit.

AVH



TZ

ITZTICAPITLI.

ITZACPATLI QVIZASEPIN.



NOTATIONES.

ITZACTLATLAVQVI.

ITZTICAPITLI.

Radix fulua, crassa & oblonga. Folia Chamenerij alterna, & subluteis venis conspicua.

ITZACPATLI QVIZASEPIN.

Radicem habet Aristolochia longa, & folia Pistolochia similia: nisi quòd hæc rectis magis venulis ornantur. Videtur planta serpere potius, quàm recta adolefcere.

ITZACTLATLAVQVI.

Radix crassa & carnosa valde, intus rubra, extra rufa; caules etiam rubescunt, folia ad flauedinè quandam accedunt. Aspectu tota plantula iucunda est.

LO

LOQUILTIC. II

MACAYXTLITI



IOANNIS TERRENTII LYNCELITICATI

LOQUILTIC.

Radix longa colore castaneo: calices in
iuba parum rubent.

MACAYXTLI.

Est spina quædam leguminosa & ele-
gans; flores eius rubri mixta flave-
dine: Ipsa filiquæ ex viridi nigri-
cant, latæ 1. longæ 12. digitos: gra-
na intus tria, vnde ad Anagyrim
referri potest.

MACPALXOCHITL.

Plantæ huius radix ex albo subruber.
Folia sunt Maluæ rosæ, sed luteis
venis pulchrè subducta.



MAC-

MACPALXOCHI QVAHVITL.

MAMAZTLACOTL.



NOTATIONES.

MATLALXOCHITL.

MACPALXOCHI QVAHVITL.

Arbor est. Flor comomano ab Hispa-
nis vocata. Folia Mori sunt. Flos
vndeuis in ramis nascitur habetq;
figuram quasi Tulipæ, colore mal-
uaceo; & pro stamine exit quasi
manus, vel potius pes auis, coloris
fanguinei: cui à latere luteum.
quid coniunctum est. Flos admo-
dū magnus est, pro ratione arboris.

MAMAZTLACOTL.

Caulis foliosus & alatus. Flos Chry-
santhemi luteus. Folia minutim
incisa: Radix verò subnigricans.

MATLALXOCHITL.

Folia vt Valerianæ græcæ, & flos ex
luteo ruber, quinque vt mihi vi-
detur, foliolis constans. Stamina
lutea sunt.

MA-

MATLALXOCHITL ALIA.

MAZAXOCHOTLI.



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

MATLALXOCHITL ALIA.

Folia Vrticæ. Flos ex cæruleo viridis cum staminibus. Calyx qualis ni Sclarea.

MAZAXOCHOTLI.

Arbor videtur. Rami alati omnes pleni fructu rubro Berberis, qui longus, & latus dimidium digitum.

MEMEYA DE TEPOZTLAN.

Caulis virore diluto pediculos longos habet, quibus folium adnatum ex tribus constat. Siliqua Vicæ similis. Flos quasi Periclymeni constans tribus magnis albis foliolis: reliqua verò sunt stamina.



MEMEYA DE TEPOZTLAN.



MEM.

MEMEYA DE TEPOZTLAN. ALTERA.

MATLAL XIHVITL DE XALATLACO.



NOTATIONES.

MIA XIHVITL.

MEMEYA DE TEPOZTLAN. ALTERA.

Caulis totus ruber: Folia Helxines, ex alis flosculi rubri enascuntur.

MATLAL XIHVITL DE XALATLACO.

Truncus videtur parum spinosus & viridis; ramuli Lentisco sunt similes, novenis binorum foliorum oppositorum constantes ordinibus: vltimum tamen solum vni ferè adnatu, folia etiã adhærent latitudine quadam vt in Lentisco: Vascula sunt coloris carnei; flosculi cærulei coloris, qualis in Gentianis conspicitur.

MIA XIHVITL.

Rami flavi, flos colore Keiri, foliolis constans quinque: flosculi rubent, semen verò Clematidi simile. Folia Cincrariam referunt, ex viridi albicantia

K

MI.

MICAXIHVITL

MICATLACH PAHOAZTLI



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

MICAXIHVITL

MICA XOXO COYOLLIN.

Caulis flauet, folia omnia versus vnā partem torquentur. Flores ex luteo rubri, figura Hyacinthi: petioli: lutei. Aspectu mira planta.

MICATLACHPAHOAZTLI

Rami coloris castanei & folia minuta instar Acaciæ. Radix fibrosa cum cauliculis rubet.

MICA XOXO COYOLLIN.

Radix bulbacea & rubens ex albo vt & caules: flos ruber matronali Violæ similis, constatque quinque foliolis. Calyx integer superiore sui parte in quinque radios diuisus. Folia stellata pulchrè referunt.



MI-

MIMIYCA HVATZIN.

MOHVITLI.



NOTATIONES.

MOLONCAPATLI.

MIMIYCA HVATZIN.

Radix crassa & nigra: flos violaceus quidem, sed non explicatus depingitur.

MOHVITLI.

Radix tota fibrosa, oblonga, flauescens. Caulis & ipse flauens, in binos & binos diuiditur oblongos rectosque ramulos. Folia directè sibi opposita. Rubicundos oblongos & pulcherrimos, siue flores haud explicatos, siue filiquas (discernere enim hoc difficile est) ex vno pediculo duos semper emergentes habet, vnum altero dimidio longiorem.

MOLONCAPATLI.

In ramis sunt folia bina sibi opposita Origano similia. Radix flauet: foliorum venæ albicant.

Kk 2 MY-



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

MYHVIYTTILMOYOYC CVITLATONPIT ZOCHITL.

MACAZPIPILLOLI.

Planta hæc, ex radice tuberosa flavescente sine folijs cauliculos glabros protrudit, ex quibus ramuli floridi prorumpunt. Flores rubelli ex calyce viridalicante, vel in foliola distincti sex, ex vno calyce integri quasi & in summitate crenati emergunt, in quibus stamina subtilia rubescencia conspicuntur.

MOYOTLI AYACATLI.

Folium simile ipsi Lilach; in summitate plantæ flores rubri ex longis & rubris petiolis enascuntur, quinque foliolis cum staminibus suis intermedijs distincti.

MACAZPIPILLOLI.

Color radice tuberosæ est subnigricans. Cauliculi repentes, ex quibus longo satis intervallo, viridia folia saturati coloris cum venis albicantibus exeunt. In summitate congesta plurima foliola, à jam dictis maximè differentia rubicunda videntur. Et quod mirum, ex horum medio foliorum hinc inde flores enascuntur mirabili Peruviaæ similes, sed rari; ex quorum medio eiusdem coloris stamina eriguntur.



NA-



NOTATIONES.

NANAHOA QVAHOITL.

NANA HVAPATLI.



Caulis luteus punctis rubris conspersus & venæ rubræ in folijs. Vrticæ folium longum 4. latum 3. digitos. Planta videtur repere: Radice Aristolochiam rotundam imitatur.

NANAVH QVILTIC.

Radix Pæoniæ similis; lobi Phascoli modo: terna tantum in quouis ramo folia, & ad latera radicum cauliculi enascuntur.

NANAHOA QVAHOITL.

Radix ruber, stipes recta surgit, ex quo iulorum simile quid floridum dependet. Folia bina & Galega non dissimilia.

Kk 3 NE 20



NOTATIONES
NETLAXOCHITL



IOANNIS TERRENTII LYNCEI
NENEXTON. NEXPAYAN.

Caulis rubicundus. Folium longum
9. latum 3. digitos; figura Citri.
Radix oblonga ex rubro albicans
& trifida.

NETLAXOCHITL.

Videtur species Amaranthi. Folium
habet triplacis: pediculi sunt ru-
bri; stipes ipse satis crassus & pro-
sum rubicundus.

NEXPAYAN.

Fructus ex quavis ala enascitur flauus,
figura Mercurialis; quamuis gemi-
nus non appareat, videturque hi-
futus esse vel asper. Folijs color est
ex viridi luteus.



NOTATIONES.

NEYCOTLAPATLI ALTERA.



NEX XIHVITL.

Folia sibi opposita. Costo hortorum
similia, serrata, sublutea.

NEYCOTLAPATLI.

Radix oui figura fibrata; in cauliculis
tenuibus senu folia ex eodem loco
exoriuntur: ex quavis ala exit pe-
tiolus brevis, baccam flauam Ana-
gallidi similem sustinens.

NEYCOTLAPATLI ALTERA.

Folia serrata & oblonga saturati viro-
ris. Radix lutea, fibrosa.



NO.



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

NOCHEZTIC.

NOPALXOCH, CVEZ ALTICQVIZI.

Capitulum Scabiosa simile florum rubrorum. Folia cordis figura supra virentia, subtus albicantia & bina ac rara.

NONOCHTO.

Folia Portulacae similia. Flos carnei coloris Matronali Viola similis, in calyce satis crasso. Caulis etiam instar Portulacae crassus & carnosus.

NOPALXOCH CVEZ ALTICQVIZI.

Planta haec similis est ferè Sedo Portlandico apud Lobelium depicto: provenit ut Tunc vel Aloe. Flos eius obscure rubet, figura Caryophylli maximi pleno flore, stamina ipsa lutea, apices crassiusculi. Calyx autem floris squamosus ex rubro luteus. Elegantissima planta.



OAT.



NOTATIONES.

OCOQVILTIC.

OATZONTIC.

Folium ita ferratum, ut spinosum videatur. Spicas videtur Veronicæ erectæ similes gerere ex viridi flavescentes, qui color & in folijs conspicitur.

OCOPETLAL.

Rami alati folijs Gelsimini. Ex ala ortur spica longa instar Piperis longi vel Plantaginis, coloris subfusci; cuius coloris & radix apparet.

OCOQVILTIC.

Radix Napo similis colore carneo. Folia Pomi aurei, sed multò tenuiora.



OCO